

FELICITER!
 T A L A S I O,
 V I R O
 Generosissimo & perquam-Strenuo
DNO. HEINRICO-
GEBHARDO à Miltitz
 Hæreditario in Burkersdorff / Schönbach /
 Rugiswalda / etc.
 Serenissimo Saxonici Electoratûs Haeredi
 ab Aulæ Cameræquè Præfectura,

S P O N S O,
 &
 V I R G I N I
 Profapiâ, Virtutumque eminentiorum splendore,
 Nobilissimæ
MARIAE SOPHIAE

à Liebenau /
 S P O N S Æ,
 Ipsiis nuptiis
 IV. Iduum Augusti A. S. cl. lcc LXIX.
 Dresdæ festivis
 ex humillimo cultu
 acclamatus
 Clientum Parisi-amitino.

M I S E N Æ,
 Typis Christophori Güntheri.



Æcenatis amor navigat Hymenis
In portu placidò ! Sub moderamine
Divò fervet opus ! Plaudite Præsides
Parnassi ! Sed ubi, sit Polyhymniæ
Euterpesve, melos conjugio Viri
Tanti dignum ? Agedum ! Sit neque dignitas
Nec dulcedo metri ; dum pietas precum
Arti prævaleat, rumpo silentium.
Tam carum Enfigeris Principibus Caput,
Quod nobis Pharos est aulica, prosequi
Quid cessas hilari voce, Talasio
Exultans, veterum more Quiritium ?
Quis libaminibus sit pudor aut modus
Votivis ? Meritum præcipit Incluti
A MILTIZ, thalami qui videt hodie
Arridere sibi fata benignius.
Hunc Clavis, Baculus (præmia strenuæ
Dextræ summa) potens Ordinis aulici
Secernunt Equitum gente, uti cæteris
Stellarum, radiis splendidius jubar
Phœbum flammigerum. Nam Themis in crisi,
In vultu gravitas, Svada labris sedens
Et præter Generis Culmina strenui
Ipsam nobilitant quotquot agalmata
Virtutum superant sidera vertice.
Cordi Numen inest : Heraclius lapis
Mirandæ criseos comprobat id satis,
Quem traxisse juvat vi placidissimâ
Coeli Saxonici Sidera, gratiæ
Quò spargant radios : Nam quasi Phosphorus,
Cum surgit Phaëthon, indicat Ensum
HÆREDEM præiens Imperialium,
Cui consulti animans - instar Apollinis
Ac individui Parmenionis est.
Tum dignare metrum voce, Talasio
Exclamande, sacrâ Nobili Amasiæ,
Cui fatò Charitum campus amabilis
Impertit patrii nomina stemmatis.
Credas omen habet nomen amabile :
Nam quodvis Venerum concilium, modò
Castum, finge tibi, næ, SOPHIA suâ
Dum MILTIZ fruitur, possidet omnibus
Illis deliciis prata virentia.

Mira

Miraris Veneres, quas veterum canunt
Vatum barbata: Sunt nil nisi chromata
Deliræ nimum ficta Poëseos.
Huc vertas oculos, hîc tibi panditur
Virtutum locuples amphitheatron, hîc
Vernans omnimodis rebus amœnitas;
Sponsam dico fatu moreque Nobilem:
Hic anni juvenes, castaque pectora,
Hic mens Eusebiæ conscia, vividum
Exemplar decoris virginei, simul
Vultus ac animi forma venustula,
Ecquæ sunt SOPHIÆ pluria, Nobiles
Queis Nymphas superat; cum propè dotium
Tantarum speculum vix generosius
Virtutumque penus vix opulentius
HAC Natura opifex ullibi finxerit.
Ergo funde metrò vota, Talasio
Acclamande Pari tam parili fatu
Sublimiqve statu, quod sacra candidis
Dextris vincla thori necit & ingredi
Nunc arum Veneris gestit amabile.
O FELICITER! Hanc adspice Nobilem
Bigam, qui Bijugis Alpha es & Omega
Tantis! Proliferò rore fac irriges
Hoc arum Venerum cœlitus, ut bonis
Florescat totidem, cum benedixeris,
Quotquot grana cadunt arva per omnia
Detonsæ Cereris! Fiet amœnius
Sic arum SOPHIE milleque ditius,
Quàm Nymphæ Oleniæ cornua. Carmina
Tunc nostræ chelydos posthuma sapius
Vos vestrumque canent stemma, quod auspico,
Per Miltiziadum millia ditius.
Tantium arte Virum, Marte cluentium,
O Clio trepidans, si clueo cliens
Posthac, ut satagit nunc humilis lyra,
Gallinæ meritò dicere filium
Albæ me poteris; donec amabilem
In charis Charitum, NUMINE symmachò,
Campis per Pylîi sæcula cum SUA
MILTIZ militiam milite militat.

Georgius Müller/ Freib.
 SS. Theol. Studiosus.

Militat

Militat omni amans : amor arma virumque requirit,
 Srenuus atque vigil qui sit, nec in otia natus.
 Nullus segnitia locus hinc, noctesque diesque
 Pugnavisse juvat. non halcedonia vident,
 Quos exercet amor. Veneris qui castra subivit,
 Non equidem Mauri jaculis, nec Apollinis arcu
 Indiges, ut vincat. Quis enim non cedat amori?
 Omnia vincet amor. Qui nullis hostibus unquam
 Cessit, sed victor victricis premia palme
 Semper prima tulit. Tuus id, Generose Patrone,
 Attestatur amor, non caecus Cypridos ignis,
 Sed qui legitimo thalamo sociatus ut esset,
 Optavit pridem. Mihi si narrare liceret
 Hujus militiam, proh! quae non hostica turba
 Obstiterit? Ast qui a nunc felici Numinis aura
 Jungitur optatae cor Virginis, inde videmus,
 Quam bene pugnet amor, viridi praecinctus oliva
 Tempora qui rediit ceu fuso latus ab hoste.
 Nec tamen omnis abest timor, ut sic arma quiescant.
 Asmodeus enim, cum bella puella gerentem
 Quærit nocte virum, quam plurima fascina spargit,
 Ut Mars sit dubius, Venus & ne victa resurgat.
 Arma sed ista, quibus vis Asmodea vanescit.
 Sunt pia vota DEO nunquam non grata futura.
 Ergo militiam Generosi stemmate Militiz
 Militet ipse DEUS! DEUS arma Virumque secundet!

Tobias Liebe / Freiberg.
 SS. Theol. Stud.



Georgius Müller / Freib.

SS. Theol. Stud.

Militia

FELICITER!
 T A L A
 Generosissimo &
DNO. HE
 GEBHARI
 Hæreditario in Burc
 Rugisw
 Serenissimo Saxonici
 ab Aulae Camerae
 S P O N
 VIRG
 Profapiâ, Virtutumqve emi
 Nobili
MARIAE
 à Liebet
 S P O N
 Iphis nu
 IV. Iduum Augusti A.
 Dresdæ f
 ex humillim
 acclamat
 a
 Clientum Pari
 MISEN
 Typis Christophor

